



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Dominica infra octauas natiuitat[is] [christ]i

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Dominica infra octa. natiuitatis christi

vir iniquis cogitationes suas. Et Ezech. vi. Conuertimini a vijs vestris pessimis. Verum qz multi sunt qui in his vijs decipiunt. Transientes em viam dyaboli credunt se transire viam dni. Nam viuētes ad supfluitatem. credūt viuere ad necessitatē. Ido petendus est dñs vt doceat nos cognoscere vias suas. Iuxta illud ps. Vias tuas dñe demonstra mihi. Et iter. Notam fac mihi viā in q̄ ambulem.

Dixi tertio q̄ in verbis p̄mis/ sis Johannes de scribit huius vite necessitatē. cum dicit. Sic dicit Isaias p̄pheta. Magna siquidem necessitas incumbit facere aliqd̄ ex p̄cipiē/ tis auctoritate precipue p̄phete. Prop̄hete autē sunt secretarij p̄cipi dei. Ideo q̄ ipsi p̄cipiunt humiliter exequi debent. Quia ergo dirigere viam istam suadet prop̄heta Isaias. Ideo ei est obediendum. Ac si em dicat. Non solum ista via est dirigēda quia est domini. sed etia q̄ hoc suadet p̄pha. Circa quod sciendū q̄ necessitas no bis incumbit obediēdi p̄pheta. et h̄ mul/ tiplici ratione. Primo p̄pter mittentis aucto/ ritate. dñs em illos mittit et ipsi ei nūc/ cū sūt Hieremie vii. Nisi ad vos seruos meos p̄phetas. Et Math. vii. Ecce ego mitto ad vos p̄phas et sapientes et scribas. Qui ergo obedit nūcio obedire debet et dño. Unde christus dicit. Qui vos audit me audit. Luce. x. Et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit. spernit eū qui me misit. Unde Ezechielis dicitur. iij. Domus israel nolūt audire te qz nolunt audire me. Secūdo p̄pter dicentis digni/ tatem. nō em loquunt̄ ex p̄prio sensu. sed inspirati a sp̄s̄ sancto. ij. De. j. Non volūta re humana allata est aliquādo prop̄heta. sed sp̄s̄ sancto inspirati locuti sunt san/ cti dei homines. Propter hoc dicebat x̄ps̄ Math. x. Non em vos estis q̄ loquimini. sed sp̄s̄ patris vestri qui loquit̄ in vobis. Tertio p̄pter doctrinā p̄phete et vtilitates. Illuminat em animā per sp̄s̄alem intelli/ gentiā. ij. De. j. Habent̄ firmiter prop̄he/ ticum sermonē. cui bene facitis attenden/ tes. Quarto p̄pter bonorum eterne glorie adeptiōē. ij. Paralip. xx. Credite prop̄he/ tis eius et cuncta venient vobis prospera. Unde dñs p̄phetae et p̄phetae ait. Si crederetis. Vos q̄ crederetis forsitan et

mibi. De me em ille scripsit Job. v. et Lu/ ce. xvj. Si prop̄heta non credent. nec si quis ex mortuis surrexerit credent. Quis parua fides hodie adhibet scripturis p̄phetarum. quas homines mundani aut vertunt in dubiū aut omnino non credūt ita esse. Sed qd̄ mirum si seruis non cre/ ditur. cū domino non credit. Iuxta illud Johann̄s. Si me audierint et vos au/ dient. Si sermonē meū seruauerint et ve/ strum seruabūt. Si me persecuti sunt et vos persequent. Unde autem talis contē/ ptus in hominibz nō credētibz verbis dei et prop̄hetae. Certe ex defectu charitat̄ et dilectiōis ad deum. Nam scriptum est. Quod d̄s non diligit. facile cōtemnit. Si cōtemnit. igitur nō credit. et quo pro nihilo reputat. Cum ergo hodie homines p̄ ni/ hilo habeant terram desiderabilē. vt dicit̄ tur in psalmo. Non mirū q̄ etiam omnia que dicunt̄ de ea nō attendūt neqz credūt. Hos igitur fratres attendētes prop̄heti/ cam suasiōē. humiliter obediāmus ei. vt sic iuxta p̄phete consiliū viam domini hoc sacro tempe dirigam̄ quaten̄ p̄ eam gra/ diendo sine offendiculo ad vitāz possim̄ peruenire eternāz. Ad quā nos perducatur ip̄e dñs noster ih̄s x̄ps̄ Amen.

Dominica infra octauas natiuitatis x̄pi

Sermo. XIII.
Hac pater et ma/ ter ih̄esu mirantes super his. Luce. ij. cap. Morale est omnibz regibz et principibz terras suas noniter in/ gredientibz. vt se malis et inobediētibz us/ rigidos et seueros per iusticiāz ostendāt. bonis vero et subiectis benignos et clemē/ tes appareant. Iste em due virtutes mat̄ me cōseruant regnū. per primā irrogātur malis supplicia. per secūda autē distribuūt/ tur bonis beneficia. De his duabus vir/ tutibz dicit̄ Proverbior. x. Misericor/ dia et veritas custodiūt regē. et clementia roborat thronū eius. In C̄r̄ gilius isoz/ mado Encam troianū romane vrbis fū/ datorē legit̄ dixisse li. vi. Eneidos. Tu regere impio p̄pos romane memēto. Nec tibi artes erunt paucis imponere mores. Parcere subiectis. et debellare superbos. Christus dñs noster est rex regū et prin/ ceps regum terre. vt dicitur Apocal. p̄mo.

Qui veniens vt nouus homo in mundū noua pcepta dedit mūdo. fm Grego. in quadā omelia. Dedit autē duplicia pcepta que omibz qdragesimo die natiuitas sue in templo fecit poni et publicari. scz iusticiam supplicioꝝ et clementiā p̄miorū. Nam ipse venit reprobis in suppliciu eternū. iustis vero in vitā eternā. **Math. xxv.** Dinc est q̄ cum christus esset p̄sentatus in templū ip̄o die purificatiōis **Marie**. beatus ille sener **Symeon** ista duo de ip̄o p̄conisabat dicens q̄ ip̄e positus esset in ruina et in resurrectionē. In ruina reprobis. et resurrectionē electis. vt ex ruina reprobi reportarent supplicia. et ex resurrectionē iusti reportaret p̄mia. Que quidē audientes parētēs xp̄i. mirabatur merito de his que dicebantur de illo. vt dicit euāgeliz. Super quo c̄haritati vestre aliqua breuiter dicere p̄pono. Verū quia ista absqz saluatoris nostri auxilio facere non valeo. Sicut em̄ dicit **Bernardus** sup̄ cantica sermone. xiiij. Predicatores non imperio sed ministerio suo nobis exhibent noua et mansuetā s̄ba. deus vero manēs i ipsi ip̄e facit opera. Dec ille. **Capropter** p̄ imptetrada sp̄ū sancti gratia tam mihi ad loquendū q̄ vobis ad audiendū ad deū recurrā. scientes quia benignus est spiritus sapientie et nō cōsuevit dissimilis esse inuocantibz se. Qui sepe et anteqz inuocet dicit. **Eccē assum.** inquit **Bern.** super cantica sermone. xv. in p̄ncipio. Quod vt assequamur matrē gratie salutem? dicētes ei. **Que maria gr̄a plena et c.** In euāgelio p̄senti tria tangunt. Primo tangit parentum xp̄i admiratio. cū dicit **Erant pater et mater eius mirantes.** Secūdo **Symeonis** de xp̄o variatio. cū dicit **Et benedixit illi Symeon.** Tertio **Anne** p̄phetisse cōfessio. cum sequitur. **Et erat Anna.**

¶ Dixi primo q̄ in euāgelio p̄senti tangit p̄mo parentū xp̄i admiratio. Unde dicit **Erant pater et mater eius mirantes.** Circa quod sciendū q̄ cū **María** virgo qdragesimo die post partū xp̄i iuxta legis pceptū venisset in templū ad offerendū xp̄m cū oblatione in lege descripta. scz cū colūbis vel turturibz aut agno. **Extūc** **Symeon** qui tūc ministrabat in templo veniens in sp̄ū accepit puerū et vlnas suas.

et gratias agēs deo q̄ meruit videre xp̄m p̄missum patribz antiqz cecinit canticū nouū. carmen deo nostro dicens. **Nūc dimittis seruu tuū dñe.** Que omnia vidētes et audientes parentes xp̄i mirabant. **Et hoc est quod dicit Erant pater et mater eius.** Pater scilz **Ioseph**. qui fuit pater puritatis xp̄i et nutritus. Unde **Luce. iij.** dicit q̄ xp̄s putabat filius fabri. Bonus faber pater xp̄i. non **Ioseph** q̄ fabricabat ligna. sed deus qui fabricatus est aurozam et solem. et cetera sidera. **Et mater eius.** id est beata virgo **María**. que fuit vera mater christi. eo q̄ omnia ad conceptionē requirit. que vera mater dare potest puero ministravit. vt dicit **Damasen.** Mirabantur autē non quia ignorarent infantē illū esse deum. sed quia sic cito erat notificatus mundo. pastoribus rudibus. et deuotis magis. Secundo mirabant. quia non solum ab angelis. sed etiā ab hominibz cōcorditer iam laudabat. vt a **Symeone** et **Anna** et pastoribus. Tertio mirabant. quia quanto vltius tanto plura cognoscebant de eius maiestate diuinitatis. Nō ergo erant mirantes dubitando. sed assentiendo et congaudendo. Iuxta illud **Tunc mirabatur et dilatabat cor tuum** **Isaie. lx.** **Causa** autē ammiratiōis ponit. cū subdit. sup̄ his que dicebant de illo. **Omnia em̄ mirabilia circa xp̄m.** Mirabilis nāqz erat conceptio. quia p̄ter ordinē et supra naturā sine viro et de s̄gine sola. Quod **Aug.** dicit mirabili q̄ mundū creare. Mirabile nomē habuit. quia **ih̄s**. quod interpretat saluator. **Math. i.** Ip̄e em̄ saluū faciet pl̄m suū a peccis eoz. Magnū mirabile q̄ tam exilis infantulus videbat q̄ tamen saluator mundi p̄dicabat. **Uñ in ps.** Admirabile est nomē tuū in ymninera terra. **Isa. ix.** Vocabit nomē ei⁹ admirabilis. de⁹ fortis. p̄ncipis pacis. pater futuri seculi. Mirabilia fuerūt ista. homo fragilis et de⁹ fortis. filius pauperis et p̄ncipis pacis. in tempore et pater futuri seculi perpetu⁹. Mirabilis etiā fuit eius tota vita. Unde de ip̄o dicit **Hester. xv.** Valde mirabilis es dñe et factes tua plena est gr̄a. non vnius gr̄e sed omnium gr̄az. Ab eo em̄ p̄cedunt omnes diuisiones gr̄az fm mensuram donatiōis. Unde ip̄e fuit fons et origo omnium p̄sentium et gratiarū. vt dicit **Bernard.** sup̄ cantica.

¶ **Unica infra octa. natiuitatis christi**

Et notādū q̄ tria fuerūt mirāda circa xpm. scz q̄ dicta sūt d̄ eo. Secōdo q̄ dicta sūt ab eo. Tertio q̄ facta sunt ab eo. Dicta aut̄ erāt de xpo multa p̄ patriarchas z p̄phas. **Nā** Jacob p̄dicit eū diu ante venturum. **Beñ.** Nō aufereſ sceptrū de iuda. **Simi-**liter **Balaā** vocauit eum stellā et **Jacob.** **Silr** **Isaias** vocauit eū florē et matrem eius **īgam.** sup̄ que florē requiescere debebat spūs dñi. **Quod** vtriq̄ mirabile satis est. **Patriarche** etiā multa figurabāt d̄ eo. **De** q̄b̄ longū esset tractare. q̄ oīa mī non ignorabat. sed spū sancto docta p̄fecte sciebat. **Et** ideo nō mirabat. qz ista de eo sūt dicta. sed qz ista excedebāt supra intellectū licet nō supra fidem. **Mirāda** etiā erāt q̄ dicebant de eo ab **Elizabeth** que spū scō repleta prophetauit mariā esse matrē dñi et xpm esse benedictū fructū vētris eius. **Similiter** mirāda erāt dicta p̄ **Zachariā** et pastores. vt dictū est. **Similiter** miranda erāt que dicta sunt p̄ magos q̄ dicebāt **Ubi** est q̄ natus est rex iudeoz. **Uidim?** stellā eius in oriēte et venim⁹ cū muneribus. **Secōdo** miranda erant que dicta sūt a puero xpo. **Nam** eius rīsa z sermones q̄s p̄ferebat vertebāt iudeos in stuporem. **Unde** **Luc. ij.** **Stupebāt** aut̄ oēs qui audiebāt sup̄ prudētia et responsis eius. z videntes ammirati sunt. **Mirabant̄** iudei quōd scīuisset cū nō vidicisset **Jo. vij.** et **Luce. iij.** **Omnes** dabāt illi testimoniu z mirabant̄ in v̄bis gr̄e que p̄cedebant d̄ ore ip̄i. **Tertio** mirāda erāt q̄ dicta fuerūt ab eo. **Fecit** em̄ mirabilia in vita sua. **Eccī. xxxi.** **Mirabant̄** em̄ turbe dicentes **Bene** omīa fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. **Barci. vij.** **Un̄** p̄s. ad ip̄s? facta cōtemplāda inuitādo dicat. **Venite** et videte opa dñi q̄ posuit p̄digia sup̄ terrā. **Uere** p̄digia et mira. **Prodigia.** q̄a futura gaudia p̄tendūt. et mira sunt qz nulli alteri nisi sibi cōueniūt. ināt **Heldens** sup̄ v̄bo p̄dicto. **In** omnib; itaq; dicitis z factis mirabilis apparuit xps. vt de eo p̄s dicat. **Dirificauit** dñs scz de⁹ p̄f. sanctus suū. scz filiū suū. q̄ anthonomastice z simpliciter sine quocunq; addito d̄r sanctus. eo q̄ ip̄e naturaliter et ab eterno in essentia sua nō participatiue d̄r sanctus. **Unde** **Luce. j.** **Quod** em̄ nateſ et te sanctū. vocabitur filius dei. **Unde** **Innoc.** sup̄ v̄bo

p̄s. p̄dicto. **Dirificauit** dñs pater xpm q̄ est sanctus sanctorū. i. mirabilez fecit octo modis. scz in cōceptiōe **Marie. xxxi.** **Creauit** dñs nouū sup̄ terrā. femina circūdabit vix. **Inlinear;** ibidē. gremio vteri sui. **Item** mirabile fecit eū in natiuitate sua. quia porta clausa exiuit **Ezech. liiij.** **Porta** hec erit clausa intrāti z exennti. **Tertio** in p̄dicatione **Joh. vij.** **Numquā** sic locutus est homo sicut hic loquit. **Quarto** in passione sustinēdo **Isa. l.** **Posui** facie meā vt petrā durissimā. **Quinto** in morte elementa murādo **Psalm. cxxij.** **Sol** obscuratus est z petre fassē sunt. **Sexto** i resurrexione euz celeriter resuscitando. **Psalm.** **Non** derelinques animā meā in inferno. **Septimo.** qz sepulcro clauso exiuit. **Itē** in ascensione faciendo eū ascendere in celum cūz triūpho **Isa. lxij.** **Quis** est iste q̄ venit de edom tinctis vestibus. **Dec** ille **Merito** ergo parentes xpi mirabantur. videntes tam mirabilia iam de p̄nti. z credentes mirabiliora de futuro. **¶**

Dixi secundo **¶** q̄ in euangeliō p̄nti conſequenter describitur **Symeonis** de christo varianatio. cūz subditur. **Et** benedixit illis **Symeon.** **Tria** facit **Symeon.** **Prio** parentib; christi benedicit. **Secundo** de christo p̄dicat. **Tertio** **Marie** passionis dolorem indicat. **Unde** dicit. **Et** benedixit illis. scilicet **Marie** et **Joseph** **Symeon.** **Dec** benedictio fuit et affectu cōgaudendo bonis ip̄oz. id est. **Marie** et **Joseph.** **Unde** huius benedictiōis formam expressam nō habemus. **Sed** benedictio ista potest intelligi gratiarū actio. sic enim benedicit creatura creatori. ip̄sum gr̄arūz actiōib; p̄sequēdo. **Unde** benedixit eis id est. quasda; gratiarū actiones obtulit. p̄ eis deo. **Erat** enim consuetudo apud iudeos q̄ sacerdos circa oblationē pueri in templo laudib; et hymnis decantans benedicebat parentibus. **Hoc** est. quandaz imprecationē salutis et p̄speritatis dirigebat pro eis ad deum. vt deus eos conseruaret in bona vita et casto cōiugio et cōcederet eis bona temporalia et consimilia. **Sed** contra hoc videtur illud ad **Hebreos. vij.** vbi dicitur. **Quod** minus est a maiori benedici. ergo **Symeon** non debuit nec potuit b̄ndicere **marie** q̄ fuit eo maior.

Responſio. verū eſt q̄ h̄ ma^r benedicit a mi-
 nori. nō merito ſed officio et miſterio. ⁊ ſic
 fuit h̄. quia Symeon et ſi non erat maior
 merito. tñ erat maior officio. q̄ ſacerdos.
 Eſt tamē hic ſciendū q̄ triplex eſt benedi-
 ctio. Una qua creatura benedicit creatu-
 rā. et hec ſit bonū optando. Alia q̄ creator
 benedicit creaturā bonū augendo. et hoc
 vel in numero vel in merito. Sic enī cre-
 ſcit eccleſia. Alia eſt q̄ creatura benedicit
 creatorē vel laudādo vel bonū ei attribuē-
 do. et ita etiā maius a minori benedicitur
 Sequitur et dixit. ſ. ex reuelatione ſpūſan-
 cti p̄phetiā q̄ ſequit̄ ad mariam nō ad Jo-
 ſeph. quia illa ſola erat mater eius ſa. ſed
 ille putatū^r pater. Unde Marie incube-
 bat cura maior de x̄po. Ideo dixit ad ma-
 riā cōuertens ſermonē ad eam p̄phetādo
 de puero. Ecce poſitus eſt hic. i. ch̄riſt^u cō-
 ſtitutus. nō p̄ cāz ſed p̄ occaſionē in ruinā.
 Gloſa. nō credentiū q̄ eius p̄dicationi et
 reſurrectioni et omnib^u alijs eius factis de-
 trahēt. et hoc occaſionē ruine habebūt.
 Et in reſurrectionē multoz in iſrl̄. i. credē-
 tiū q̄ crediderint et a peccatis mūdici in
 aia ſpūaliter ſurrexerint. Secūdo in ruinā
 viciozū. et in reſurrectionē ſtutū. Ab adā
 em̄ vſqz ad x̄pm regnauit peccatū. Unde
 x̄po adueniēte debuit ruerē illud regnuz
 cū rege ſuperbie dyabolo et renouari reg-
 num ſtutū. Ro. v. Sicut p̄ inobediētiāz
 vni^uſ peccatoz cōſtituti ſunt multi. ita
 p̄ obediētiāz vni^u. iuſti cōſtituti ſūt multi.
 Tertio poſitus eſt in ruinā demonū ⁊ in
 reſurrectionē multoz. i. angelozū. quozuz
 ruina repata eſt p̄ x̄pm. Quarto in ruinā
 ſuperbozū et in reſurrectionē humilium.
 Luc. i. Depoſuit potētes de ſede ⁊ exalta-
 uit humiles. Eccl̄. i. Sedes ducū ſupbo-
 rū deſtruit. et ſedere fecit mites pro eis.
 Quod factū eſt tñc quādo ſupbos inde-
 os reiecit et humiles gentiles aſſumpſit.
 Et in ſignum cui cōtradicitur ſz ab in-
 credulis et crucifixoꝝ. Iſtud poteſt itel-
 ligi multipliciter ſm̄ q̄d multiplex ē ſignū
 x̄pi. Nam p̄mo ſignū ſuū eſt euangelium.
 De quo in p̄s. Dedisti meruentib^u te ſigni-
 ficationē vt fugiat a facie arcus ſz diuine
 ſententię. Huic cōtradicit̄ mali chriſtiani
 q̄ contrariātur euangelio malis factis. cū
 tñ dicat. Nath. v. Eſto cōſentiens aduer-
 ſario tuo dñi ſecū in via. i. ſacre ſcrip̄tu-

re ſm̄ Aug. Scdm̄ ſignū x̄pi fuerūt mira-
 cula. Sicut etiā de Stephano Act. vi. dz
 q̄ faciebat ſigna. Huic ſigno cōtradicitur
 ab infidelib^u iudeis q̄ videntes ſigna con-
 tradixerūt x̄po Joh. xij. Cum ergo vidif-
 ſent tot ſigna nō crediderūt in eum. vmo
 blaſphemauerūt ea facere. Tertū
 ſignū x̄pi fuit veſillū crucis in q̄ ipe pepē-
 dit. De q̄ Hierel. Leuate ſignū. p̄dicare ⁊
 nolite celare. Et iſtud ſignū datum fuit in
 ſignum reconciliationis homis ad deum.
 Iſaie. vij. Propter hoc dabit dñs ipe vo-
 bis ſignum. Huic ſigno cōtradicit̄ ingra-
 ti q̄ ruſum crucifigunt filiū dei in ſemer-
 ipſis. vt dicit ad Hebr̄. vi. Et tales vocat
 apoſtol^u inimicos crucis x̄pi. Philipp̄. iij.
 Præterea x̄ps poſitus fuit in ſignū aliud
 triplex. Signū ſz paupertatis ⁊ humilita-
 tis in preſepio. Luc. ij. Hoc vobis ſignū.
 inuenietis infantē pannis inuolutū. Ecce
 paup̄tas. Sed huic ſigno cōtradiciunt
 ambitioſi ⁊ auari Eccl̄. iij. Sicut abomi-
 natio ſuperbo humilitas. ita execratio di-
 uiti paup̄tas. Secundo poſitus fuit in gre-
 mio ſginitatis in ſignum caſticitatis. Iſa.
 Dominus dabit ſignū. ecce ſgo concupiet
 Huic cōtradiciunt luxurioſi Eccl̄. xij. Au-
 diet luxurioſus ⁊ diſplicebit ei. Tertio po-
 ſitus eſt x̄ps in cruce in ſignū patientie et
 obediētię. Treñ. iij. Poſuit me q̄ſi ſignū
 ad ſagittam. ſ. iudaic^u populus. Huic con-
 tradicit̄ impatientes et inobediētes. Et
 ſic patet q̄ x̄ps poſitus eſt malis in ruinā
 p̄ ſcandalū ipoz. q̄ tam ex dictis q̄ ex factis
 eius ſcandalizati ſunt. Un̄. Iſa. viij. dicit
 Abriſtus petra ſcandalī ⁊ lapis offeñſio-
 nis. non p̄ cām ſed p̄ occaſionē. Similiter
 poſitus eſt in ſignū cui cōtradicit̄ a iudeis
 a gentilib^u ab hereticis nō credentib^u ipm̄
 verum mediatorē et a prauis xp̄p̄iantis cō-
 tradicentib^u ei p̄ vitā malaz. Ad Titum. i.
 Conſitent̄ ſe noſſe deū. factis autē negant.
 Deinde Symeon cōuertit ſe ad p̄dica-
 dū paſſionis dolore ſgini. Marie et paſ-
 ſione x̄pi futurū. Unde dicit. Et tuamip-
 ſius animaz p̄rāſibit gladius. Beda ſic
 expōnit. i. gladius et dolor dominice paſ-
 ſionis p̄rāſibit animā ip̄i^u tuam. i. tuipſe
 Non enī potuit videre filiū crucifigi ſine
 doloris affectu matern. Secūdo ſic. p̄r-
 trāſibit gladi^u doloris aiaz tuā q̄ eſt ipſe^u

¶ **D**ñica infra octa. natiuitatis chrisi

chrisi. quia ipse dicit. Omnes anime mee sunt. **E**zechiel. xviij. Tertio sic pertransibit gladius doloris animā tuā. i. non figet in te perpetuo. sed cito transibit & cessabit vel finietur. Quarto sic gladius doloris pertransibit animā ipsius. i. chrisi tyā. i. quā tu reputas vt tuam. fm **A**rifosto. quia ineffabili affectu amoris ania **M**arie erat anime xpi colligata. **S**ed **M**aria trāsiens yentrisq; ad nos. quia de plenitudine eius accepim; vniuersi. **E**t his pater q; martiriū **M**arie fuit maius martiriū quozū; cūq; martirū. **P**rimo quia istud martiriū amoris. alioz vero sanctorū fuit martiriū fidei. **M**aior autē est charitas q; fides. **J**. **L**oz. xij. **S**ecundo quia alij martires percussī sunt in corpe. ista vero in corde. **T**ertio quia passā est in parte impassibili scilicet in mente. fm **P**iero. in sermone de ei; assumptione. **D**olores em; q; effugit parturiens hos sustinuit chriso cōpatiēs. vt dicit **D**amasce; & **A**nسلم. **Q**uarto q; alij martires passi sunt alijs instrumentis q; chrisus. ista eodem cū chriso. **Q**uinto q; alij passi sunt post chrisum. ista simul cū chriso & in chriso. i. eodem actu q; chrisus. **D**abit autem plures dolores successiue. **P**rimū vt hic quādo ei **S**ymeon prenūciāuit passionē chrisi. **S**ecūm quā angelus ammonuit eam ad fugā cum xpo. **B**ar. ij. **T**ertū habuit in amissione filij i comitatu. **L**uce. ij. **Q**uartū in captione filij per iudeos. **Q**uintū in flagellatione ipsius p; **P**ilatum. **J**oh. xix. **S**extū in crucifigēōe filij. **S**epimū quando ipm; vidit lancea perforari. **I**stos dolores nos debem; habere p; cōpassionē mebroz chrisi. quoties q; tales iniurias videmus inferri toties debemus compati. quia quod vni minimo fidelī sit. chriso fit. **B**ar. xix. **D**einde ponitur effectus et sequela proueniēs ex huiusmodi passione doloris. **U**nde sequitur **U**t reuelent ex multis cordib; cogitationes. **D**ulcor nāq; cogitationes erāt clausē et abscondite de chriso vsq; ad tempus passionis eius & resurrectionis. que tunc patuerunt & reuelate sunt. **N**am crucifixo chriso reuelate sunt cogitationes iudeozū. **N**am ante eius natiuitatē omnes **P**essiaz expectauerūt. sed ipso nato quidā ipsi; magisterio adbeserūt & in eum crediderunt.

quidā vero respuerūt. **T**unc ostensum est illud occultū maleficiū iudeoz q; p; clā; mabāt. **B**enedict; qui venit in nomine domini. nūc clamauerūt. **T**rucifige eū. **T**unc reuelata est fragilitas aploz. qui prius parati erāt & in morte & in carcere cū chriso ire. tempe passionis relicto eo omnes fugerunt. **D**ulcor ergo cogitationes reuelate sunt. q; prius dubitabant dei filiū. q; videntes eū resurrexisse crediderūt. q; pus facere nō audebant. **E**t sic reuelate sūt cogitationes seu intentiones multoz q; licet se; quisq; habuit ad chrisū in vita sua. **H**oc em; paruit in passione sua. **Q**uia inimici et increduli fuerūt scandalisati in xpo. **A**mici autē eius & fideles in fide fuerunt confirmati.

Dixi tertio q; in vbis euangelij describitur cōsequenter **A**nne prophetisse cōfessio. **U**n subditur. **E**t erat **A**nna prophetissa. **I**ta cōfessio **A**nne fuit laudabilis testimonij de xpo. **U**nde licet esset mulier cuius de iure suspectū est testimonij nisi in certis casib; **T**amen ista merito vite sue et spūsancti illustratione meruit fieri testis chrisi et miserioz eius. **U**oluit autē chrisus hie ml; pos. testes. quia debuit habere multos cōtradictores. **U**n dicit. **E**t erat **A**nna. **D**escribit eam tripliciter. **P**rimo a grā spiritū sancti. **U**nde dicit. **E**t erat **A**nna. **P**phetissa. **H**oc dicit ad differentiā aliaz sanctorū femināz eiusdē nominis. **F**uerūt em; quinq; p;one laudabiles istius nois. **P**rima fuit mater **S**amuelis. **P**hete. **J**. **R**eg. i. **S**ecūda vxor **R**aguel. **T**hobie. **J**. **T**ertia vxor yel. mater **T**hobie. **T**hobie. **J**. **Q**uarta mater sancte **M**arie virginis glisē. **Q**uinta fuit filia **P**hanuel. **V**t h. **U**nde secūdo eam describens a dignitate nature. dicit. filia **P**hanuel. de tribu asser. qui asser erat vn; de duodecim patriarchis. et octauus ior dūe inter eos. **E**t sic cōmendat a generis nobilitate. **S**ed dices. tamē h; est vanū. cum omnes simus de limo terre. **N**obiles & ignobiles. **R**espo q; nobilitas multum facit ad h; ne homo a morib; maioz suoz de generaret. et i eo est appetenda. **V**t dicit **D**ie ronim;. **T**ertio cōmendat eā a sanctitate vite. que p;cesserat in dieb; multis. id est. p; uecte etatis erat. et ex hoc erat magis honorabilis. quia p;sona sentis honorabilis.

Antici. r. Item ex hoc erat magis fide/
digna. **Job. xij.** In antiquis est sapientia
Et vixerat cum viro suo annis septem. et
non plus. a virginitate sua. id est. a tempe
amisse virginitatis sue. Et hec vidua erat
vsq; ad annos octuagintaquatnor. Et ita
fuit in statu virginali. coniugali et vidua/
li perfecta. Que non discedebat a templo
id est. a loco vicino templo. **Glosa.** quia cir
ca templū frequens erat. ideo eam nō dis
cedere dicit. non q; ad horā nō discesserit.
Ieiunijs quo ad se. et obsecrationib; quo
ad deū. **Vel** ieiunijs cōtra peccata carnis
obsecrationib; contra peccata cordis. ser
uiens deo. scilz die ac nocte orans. de die
em̄ ieiunabat. et nocte orabat. **ps.** In die
mandauit dominus misericordias suas et no
cte cantici eius. Probabile etiā est q; mul
tas elemosinas faciebat. **Dec** igitur An
na supueniens ipsa hora qua **Symeō** su
scipit puerū et benedixit deum. **Supue**
niens ergo spūsancto duce confitebat do
mino. id est. laudabat deū p tanto bñficio
ps. Confitebor tibi domine in toto cor
de meo. Et loquebatur de illo. instruens
populū. om̄ib; scz fidelib; qui iugo **Deo**
dis alienigene granati. liberationē popu
li et ciuitatis expectabāt. promittebat em̄
per christū in proximo liberationē a **dyab**
olo. Et vt perfecterūt om̄ia fm legē moy
si que requirebant ad purificationē **Le**
uitici. xij. reuerſi sunt in galileam. non sta
tim. sed post septem annos. Nam sicut di
cit **Matth.** parentes christi ammoniti p
angelū. recesserūt in egyptū. **Ibiq;** erant
vsq; ad obitū **Herodis** septē annis. quo
mortuo reuerſi sunt in galileam ciuitates
suā nazareth. et habitabant ibi. **Nazareth**
autē interpretat flos. **Ad** significandus q;
christus qui erat flos de radice **Jesse** de
scendēs debuit habitare nō alibi q; in flo
rida ciuitate. vt eius cōuersatio esset flori
da. **Ibi** em̄ voluit cōuersari vbi concept⁹
erat de spūsancto. **Puer** autē. **Cōmendat**
hic xpm̄ quantū ad pfectū corporis. **Se**
cundo quantū ad pfectū anime. **Profec**
t⁹ corpis erat. quia crescebat. scilz corpore. et
cōfortabāt. id est. roborabat infantilla mē
bra. vel confortabāt spūsancto. **Sicut**
etiā **Luce. xxiij.** Apparuit ei angelus con
fortans eū. id est. xpm̄ hominē. quia in eo
habitat om̄is plenitudo deitatis corpora

liter **Colloc. ij.** Plenus sapientia quantū
ad intellectū. et hoc inq̄ntum homo. non
inq̄ntum de⁹. **Et** gratia dei erat in illo. id
est. in xpo fm q; homo q̄ntum ad affectū.
Job. j. Plenus gratia et veritate. **Et** x̄e ple
nus sapientia. quia in eo sunt oēs thesau
ri sapientie et scientie absconditi. **Ad Co**
loss. ij. **Por**aliter in euāgelio tanguntur
tres status ad nostraz informationē. scilz
actiuoz et seculariū. deuotoz et spūalium.
contemplatiuoz et claustralium. **Actiui** et se
culares significant per parētes christi. scz
Mariam et **Ioseph.** **Maria** interpretat
amara. et significat amaritudinē cōpū
ctionis et contritionis. **Iuxta** illud. **Ma**
gna est velut mare prino tua. **Et** hoc per
tinet ad incipiētes. **Secūdo** **Ioseph** in
terpretat accrescens. et significat profectū
in virtutib; in quib; debent crescere acti
ui quantum ad proficiētes. **Iuxta** illud.
Ibunt de virtute in virtute. **Tercio** xpus
significat perfectos. **De** christo em̄ dicit
q; fuit plenus sapientia. et gra dei erat in il
lo. **Que** duo perficiūt hominē. **Nam** ple
nitude sapientie fugat ignorantia agēdo/
rum. plenitudo gratie fugat culpā noxiōz
Secundo deuoti et spūales significantur
per **Symeonē.** **Symeon** em̄ interpretat
conficiens. seu laudans. et hoc est spūalium.
qui semp debent instare diuinis laudib;
Iuxta illud. **Semp** laus eius in ore meo
Et sicut **Symeon** predixit xpm̄ esse i rui
nā malis. et in resurrectionē bonis. **Sic**
spūalium et specialiter p̄dicatoz est predi
cere malis supplicia. bonis vero premia.
Iuxta illud. **Et** qui bona egerūt ibunt in
vitam eternā. **Qui** vero mala in ignē eter
nū. **Matth. xxv.** **Ibunt** h̄i in supplicium
eternū iusti vero in vitam eternā. **Tercio**
contemplatiui et claustrales significantur per
Annā viduā. **Vidua** enim est desolata
om̄i cōsolatione. et cōtemptra ab om̄ib; eti
am suis. **Unde. j.** **Thimo. v.** dicit apostol⁹
Vidua desolata speret in deum. **Dicit** ibi
Horra. **Desolata.** nō habens domū vel fa
miliā. **Vel** desolata. id est. a suis cōtemptra.
et mūdi solatio destituta. speret in deo. id
est sperare debet in deū. et instet obsecrat⁹
onib; et orationib; die ac nocte. id est. oport
tunis tempib; diei et noctis. **Ecce** verum
officiū claustralium. **Quorū** primum est
carentia dom⁹ vel familie proprie. licet in

¶ **D**onica infra octa. natiuitatis chrisi

comuni ista haberi possint. **Actu. iij.** Erāt illis omnia comūia. et nihil propriū esse dicebant. **Secundū** est desolatio primo/ rum. **Iuxta** illud Qui nō reliquerit prēm et matrē ppter me nō est me dignus. **Matth.** **Tertiu** est vt totaliter spem ponat in deū. nihil de p̄sentibz vel crastinis sollicitando. **Unde** philipē. iij. Nihil solliciti sitis. **Et** **Matth. vi.** Et de vestimēto quid solliciti estis. **Hinc** ps. dicit. **I**acra cogitatum in domo et ipse te enutriet. **Specia** liter tamē hic instrunt virgines cōiugate vt vidue in ista **Anna.** **Virgines** in eo p̄ mo vt virginitatis sue castitatem seruent integrā vsqz ad cōiugium. sicut ista d̄ qua hic dicit q̄ virginitatem suā seruauit vsqz dum virū duceret. **Et** dicit **Jacob** d̄ **Al** lexandria q̄ seruauit eam tredecim annis et tunc fuit nupta. **Sed** de multis verum est hodie illud **Hieronimi** ad **Paulam** et **Austochiū** in epla. q̄ plurime puelle p̄s sūt vidue q̄ nupte. **Vult** dicere q̄ p̄s virginitatē perdunt q̄ nubāt viris in matrimonio. **Secūdo** cōiugate informant. vt cū viris suis caste viuunt et continent. carnē suā nō diuidendo in plures. **Unde** **Hei. ij.** dicit. **E**rūt duo. nō tres vel quatuor in carne vna. **Ista** em̄ septē annis sic vixit cum viro suo. **Tertio** informant vidue vt post mortē maritorū deinceps continenter et deuore viuāt. chris̄to adherētes in virtutibz spūalibz et corporalibz. **Et** hoc ex em̄ plo **Anne** que habuit in se septē virtutes. quas etiam describit **ap̄lus. j.** **Thimo. v.** **Prima** est spes de deo. q̄ debet eis esse loco viri. **Unde** dicit hic. **E**t hec vidua id ē. separata a viro et adherēs deo erat. **j. Thi** mo. v. **Due** s̄ vidua est speret i deo. **Se** cūda eras diuturna vt sit in p̄posito fixa. **Unde. j. Coz. vii.** **D**ico autē viduis et in nuptis. bonū est si sic p̄manserint. **Nō** em̄ debet esse vidua ad annū vñū vt tandem nubat sed vt in viduitate perseueret. sicut hec que vidua erat vsqz ad octuaginta quatuor annos. **Et** sic erat centus et quatuor annos in toto. **Tertio** vt frequenter ecclesiā. **Al** em̄ quasi semimonialis et colore vestitū. et ligatura capitis. nisi q̄ professio deest. **Unde** ista non discedebat de tēplo. **Quarto** debet fugere mūdi delicias et vacare ieiunijs. per que libidines extinguat. **Iudibz. vii.** **D**abebat iudibz aliciū. et ier

inabat omnibz diebz vite sue. p̄ter neomenias. id est. festa et sabbatū. **Hinc** **ap̄ls** dicit **Q**uidua in delicijs viuēs mortua ē. **j. Thimo. v.** **A**ira. id est. p̄pe mortē spūalē est. **Bozra.** **V**iuens vite nature in corpore mortua est vita gr̄e in anima. cuius sepulcrū est corp⁹ delicijs vacās. **Roz. vii.** **S**i s̄m carnē vixeritis moriemini. **Quito** debet orationibz insistere. **Unde** ista insistebat die ac nocte. **Sexto** vt sic elemosinis intenta. **j. Thimo. v.** **S**i sanctorū pedes lauit. si hospicio recepit. **Unde** d̄ **Anna** dicitur q̄ seruebat. qd̄ intelligit de seruitute pietatis. que ad om̄ia valet. **j. Thimo. iij.** **Septimo** debet intendere vt nō sit ociosa. **j. Thio. v.** **N**on solū ociose sed et verbose. id est. plene s̄bis inutilibz. loquentes que nō oportet. **Bozra.** id est. turpia et religio/nocua. **Unde** d̄ **Anna** dicit q̄ instabat obsecrationibz. i. diuinis allocutionibz. non humanis p̄fabulationibz. **j. Coz. vii.** **Q**ue igit̄ mulier soluta est a lege viri sui iudicare debet i lege d̄ni die ac nocte. **I**n lege dei nō verbis seculi et fabulis vanis. **D**

¶ **Hic** occurrūt tria dubia. **Primum** est vtrū deus possit esse auctor mali vt ruine alicuius vel damnatiōis. **Respondeo.** **Q** aut querit de causa per se. aut de occasione seu causa p̄ accidens. **I**tem aut querit de malo culpe. aut pene. **Et** tūc dicendum. q̄ loquēdo d̄ malo culpe. de nūq̄z ē auctor mali culpe. et p̄ cōsequēs nec damnatiōis vt causa p̄ se. licet bene sit interdū causa p̄ occasionē. non vtiq̄z p̄ occasionē datam et bonitate sua. sed acceptaz a malicia libere arbitrii. **Unde** sic indei in verbis xpi bonis et factis suis sanctis fuerunt scandālisati. et ita sumpserūt occasionē damnatiōis ex chris̄to. sed ipse non dedit eis eam nec intendebat nisi eoz salutem. **Sed** loquendo de malo pene deus est causa pene **Quia** s̄m eius iusticiā mala culpe ordinātur sub pena. **Et** sic dicante iusticia deus fecit et instituit mala penaz diuersaz siue temporalū p̄sentij siue eternoz et futurorū. **Unde** illud. **N**on est malū in ciuitate quod deus nō fecit. **Secunduz** dubiū vtrū dei voluntati possit aliquid resistere. **Respondeo** q̄ voluntas dei est duplex. scilicet voluntas signi. vt est in p̄ceptis et consilijs. que sunt signa sue voluntatis. et tali bene potest quis resistere cōtemnēdo

vel obmittendo vel negligendo seruare p
cepta vel consilia sua. sicut fecerunt iudei.
De quibus **Actu. vii.** dicit **Stephanus.** Du-
ra ceruice vos semp resististis spiritu san-
cto. Alia est voluntas beneplaciti. ab eter-
no intera a deo. Et huic nullus potest re-
sistere. **Unde Job. vi.** Si subuerterit om-
nia quis resistet ei. quasi di. nullus. Et **He-
ster. xiiij.** Non est qui possit resistere volun-
tati tue. dominus omnium tu es. Et tali volun-
tati non potest quis contradicere. Et ideo non
tanter dicit in littera. Positus est in signu
cui contradicet. id est. bene stat quod voluntati
signi contradicet. Et hoc de facto non
de iure. sed non voluntati beneplaciti. Ter-
cium dubium. **Utrum mulieri liceat in eccle-
sia publice predicare.** ex quo **Anna h.** de xpo
in templo multa predicauit. Respondeo quod non.
Unde i. Cor. xiiij. Mulieres in ecclesia
taceant. Quare de **Anna** dicit dicendum
quod privilegia paucorum legem communem non fa-
ciunt. Hoc enim fuit privilegium speciale. propter
eius sanctitatem et merita vite. **Unde i. Thi-
mo. ij.** dicit. Docere mulieres in ecclesia non
permittitur. Et ratio fin **Horram** ibidem. Quia
si loquitur magis incitat ad luxuriam. sicut
dicit glosa **Eccl. ij.** Colloquium eius sicut
ignis exardescet. **Unde Chrysostomus.** Edo-
cuit quandoque mulier virum. et omnia sub-
uerfa sunt. Alia etiam ratio potest reddi fin
eundem **Chrysostomum.** quia hoc genus mu-
lierum nimis loquax est. Tertia ratio. quia in
ea minus viget ratio. **Unde Lira** super lo-
cum apostoli predictum dicit. Quia docere
est opus sapientis. Sapientia vero non vi-
get in mulieribus. de communi cursu. Quar-
ta ratio. Quia fin **Liram** super **i. Cor. xiiij.**
Mulier naturaliter est subdita viro. Ideo
non debet precipere sed audire. Quinta ra-
tio. quia si iste modus esset in ecclesia. tunc
videretur esse similis ordo in ecclesia qui
apud gentes ubi in templis veneris et
dyane mulieres predicabant. Et sic fin **Li-
ram** videret ecclesia sumpsisse ordinem suum
a gentilibus non a iudeis. cui tamen salus a in-
deis est. **Joh. iij.** Sexta ratio. quia mu-
lieribus prohibetur quod est minus. scilicet que-
rere publice in ecclesia. igitur quod est ma-
ius. De primo habet **i. Cor. xiiij.** Si autem
voluerint discere. domi viros interrogent.
Septima ratio. quia fin **Liram** prohibe-
tur eis aduocatio fin leges. igitur predica-

tio a fortiori. Concludendo igitur dico quod
apostolus prohibet quatuor mulieribus. Pri-
mo publice viros docere. **vt. i. Thimo. ij.**
Secundo in ecclesia loqui vel prophetare
i. Cor. xiiij. Mulieres in ecclesia taceant
Et si dicit. Et tamen aliquae mulieres fue-
runt prophetasse. **vt. Delbora. Iudicum. v.**
Et in nouo testamento quatuor filie **Phi-
lipi. Act. xxiij.** Item **Magdalena** legitur
in paribus **Barthilae** predicasse. Respon-
deo quod privilegia paucorum legem communem
non faciunt. Tertio prohibent mulieres vi-
ris pesse. **Ephe. vi.** Mulieres viros suis
subdite sint. Quatuor mulieres debent ve-
lato capite orare. **i. Cor. xi.** Omnis muli-
er orans aut prophetas non velato capite
deturpat caput suum.

Omnia infra octauas natiuitatis xpi. II
Sermo XIII
Quare pater et ma-
ter eius mirantes super his que di-
cebantur de illo. Luce. ij. capitulo
Celestium secretorum scrutator mirabilis
ille magnus pater **Augustinus** ostendens
opera dei non esse mirabilia. libro. xxiij. de
ciuitate dei. sic ait. Sicut non fuit impossi-
bile deo quas voluit creaturas instituire
Sic nec est impossibile quando volue-
rit quas instituit naturas mutare. **Hec il-
le.** Vult dicere **Augustinus.** Considerata
dei omnipotentia in se nullius opus ab eo
factum est mirabile. Verumtamen opa dei
ex alia parte sunt hominibus multum mira-
bilis. Nam licet in rebus mirabilibus tota
ratio facienti est potentia facientis. **vt. di-
cit Augustinus** in libro. lxxxiij. questionum
et in epistola ad **Volusianum.** Tamen ratio
humana mirabiles res reputat quarum ra-
tionem et causas inuestigare non valet et co-
prehendere non potest. **Parum** vero de
talibus ammirat que preter cursum natu-
re contingunt. vel quia rara sunt. vel quia
nimis pulchra. vel quia nimis magna. vel
quia nimis parua. **vt. dicit Dugos** in libro
de operibus trium dierum. Quia igitur om-
nia que contigerunt circa natiuitatem christi
si fuerunt preter cursum nature. **vt. est ge-
neratio et virgine ipsa manente illibata.**
Fuerunt etiam rara. quia a seculis inaudita
ta. Fuerunt nimis pulchra. quia speciosius

¶ **Unica infra octa. natiuitatis christi**

forma pre filiis hominū natus est. **N**imis magna. quia dei filius de sinu patris in sinu matris visus est. et cum hominibus conuersatus est. **Baruth. iij.** Nimis parua. quia in paruo corpore magna virtus occulta est. **Paruulus enim datus est nobis. Isaic. ix.** Et cum horum omnium ratio humana causā et rationem inuestigare non valeat. eo quod pater dei exuperat omnem sensum. **Facilitas enim christi credi potest. inuestigari non potest. ut dicit Ambrosius libro contra Gentiles et errores eorum. Verito igitur parentes christi mirabatur de omnibus que dicebantur de christo. ut dicit nostrum thema. In quibus verbis tria notantur. Primo parentum christi commendatio. cum dicitur. Erant pater et mater eius. Secundo describitur eorum de operibus christi meditatio. cum dicitur. mirantes. Tertio subiungitur predicte admirationis ratio. cum dicitur. super his que dicebantur de illo.**

¶ Dixi primo quod in verbis premissis primo describitur parentum christi commendatio. cuius dicitur. Erant pater et mater eius. **Certe magna dignitas. esse patrem et matrem christi. patres dicit Ioseph. matrem dicit Mariam. Verū tamen licet ambo commendabiles et operibus iusticie. quia ambo iusti coram deo. Nam de Ioseph dicitur. Quia cum esset iustus voluit occulte dimittere eam. Matthei primo. De Maria loquitur propheta. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem. propterea vnit te deus deus tuus oleo lencie. id est. gratia spiritus sancti te repleuit pre consortibus tuis. Tamen Marie dignitas incomparabiliter superat et excedit dignitates Ioseph. et in sanctitatis merito. et in singulari propinquitatis ad christum privilegio. **Accet enim Ioseph dicitur pater christi. tamen solūmodo putariū. et sic fictus. et sic simulatus. apprensus et non existens. vmbra non veritas. Non sic autem est de matre. que vera mater existit. que ex proprijs sanguinibus concepit. ut dicit Iohannes damascenus. Et proprio lacte pavit vbera de celo pleno. ut dicit Gregorius. Ideo obmissa commendatione Ioseph respectu christi****

intendamus soli commendationi virginis gloriose. que fuit vera mater christi. et per consequens christo propinquissima. **Conueniunt autem sibi sex proprietates. que sunt in qualibet matre respectu filij. quas ipsa etiam habuit. ergo vera mater fuit. Que sunt sollicitudo prouidendi. auctoritas iubendi. necessitas diligendi. facilitas impetrandi. intimitas compatiendi. singularitas concipiendi et pariendi. Nulla autem mater sic proprie et singulariter vnice est mater prolis sue ut Maria mater christi. Nam sicut dicit Iohannes damascenus libro tertio. capitulo secundo. post assensum virginis spiritus sanctus superuenit in eam purgans ipsam et virtutem susceptiuam verbi dei tribuens simul autem et generatiuam. et obumbratū super ipsam altissimi virtus. velut diuinum semen. et construxit sibi ex castissimis et purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali non feminans sed creans. **Item capitulo. xliij. dicit. Usque ad virginem matrem in parentibus et voluntas seminavit et natura germinavit. Sed spiritus sanctus virum de virgine mirabiliter propagauit. Dec ille. Sicut pater primum et secundum. scilicet singularitas concipiendi et pariendi. qua sola Maria sic concepit et peperit ut simile nullus habere possit. **¶ Item illud Tu sola supergressa es vniuersas. De tertio patet scilicet de solitudine prouidendi et nutriendi. Sicut enim dicit Bernardus. Nunquam Martha sic sollicita fuit circa christum ut Maria. Martha enim suscepit eius hospitio. sed in utero Maria. Illa operuit veste. hec carne. **¶ Illa pane et vino. ista lacte proprio pavit. **Certe ergo dici potest de ea quia satagebat circa christum. De quarto scilicet de auctoritate iubendi scribitur. Proverbiorum. s. Audi fili mi disciplinam patris tui. et ne dimittas legem matris tue. Hoc vero impleuit christus quando dixit. Non veni ut faciam voluntatem meam. sed voluntatem eius qui misit me patris. Similiter de matre eius scribitur. quomodo erat illi subditus. et descendit cum ea de Ierusalem in Nazareth. **Luce. ij. Unde Bernardus dicit. Quod deus femine obtemper. humilitas sine exemplo. quod femina deo pri-************

esperetur. sublimitas sine modo. Hoc enim nulli nature conceditur. Nam sancti angelique si possunt rogare. non tamen impetrare. Unde Hieronimus in sermone de assumptione. Scimus beatam virginem tantum esse penes deum meriti. ut nihil horum que vellet efficere aliquatenus posset esse tui carere. De quinto scilicet de facilitate impetrandi dicitur. iij. Regum. ij. ubi Salomon matri dixit. Pate a me mater mihi quid vis. Non enim fas est ut auertam faciem. Unde Bernardus dicit. Advocata vis habere apud christum. ad Mariam recurrit. et audire utique matrem filius. De sexto scilicet de necessitate diligendi. Si enim est mater. diligit. ij. Regum. i. Sicut mater unicum amat filium. ita te diligebam. Et in hoc virgo ista excedit omnem creaturam. Nam licet seraphim maxime deum diligunt tamen a Maria superantur. Nam ut dicit Bernardus super cantica. Amor christi non solum animam Marie conficit. sed etiam pertransiit ut nullam in pectore virginali particulam vacuam relinqueret. sed tota anima. toto corde. tota virtute diligeret. Decille. De septimo scilicet de intimitate compatiendi patet. Nam compatiatur frater fratri. nutrit puerum. sed matrem mater filio. Unde. iij. Regum. iij. Commota erant viscera matris super filio quem rex decreverat occidere et dividere. Unde sequitur. Date huic infantes. Nec est enim mater eius. Sic ista virgo compatiendo christo excellentius matrem se probavit. Unde h dicitur per Symeonem ad eam. Quam ipsius animam pertransibit gladius. Ubi Bernardus dicit. Alii sancti et si passi sunt pro christo in carne. tamen in anima pati non potuerunt quia immortalis. Maria in ea parte passa est que impassibilis habetur. Ideo alijs sanctis martyribus plus passa est. quia amplius dilexit. Ideo plus omnibus doluit. Nos igitur si volumus propinquitatem christi acquirere. studeamus matrem istam imitari in suis affectibus et operibus. ut sic primo concipiamus christum per mundam cogitationem. Secundo pariamus eum per bonam operationem. Tertio seruemus eum per sollicitam custodiam. Quarto iubeamus et percipiamus nostre voluntati ut ob-

sequatur preceptis et obediat voluntati diuine. Quinto diligamus eum ex toto corde. Sexto impetremus commissorum veniam. Septimo compatiamur passioni sue per iugem memoriam. Sic poterimus dicere mater eius spiritualis. Nec pure te parne estinationis et commendationis. quod mater eius spiritualis dici possit. Nam cum christus commendaretur a muliere quadam inter turbas ut ei diceretur. Beatus venter qui te portauit. volens christus potius gloriari de spirituali cognatione et propinquitate fidelium quam corporali matris sue respondit. Quinimo. Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Luce. xj. Et iterum dicentibus sibi quibusdam. Ecce mater tua et fratres tui foris stant volentes tibi loqui. Respondit christus. Que est mater mea. et qui sunt fratres mei. Et sequitur. Extendens manus in discipulos suos dicit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque ergo fecerit voluntates patris mei qui in celis est. ipse est meus frater soror et mater. Mathei. xij. Vides et audis quia caro non facit proximum deo sed spiritus. Unde Johannes primo dicitur. Dedit eis potestatem filios dei fieri. qui non ex voluntate carnis sed ex deo nati sunt. Qui ergo fecerit voluntatem christi iste propinquus est christi. Sed que est voluntas eius. ostendit apostolus dicens. i. Thessal. iij. Nec est voluntas dei sanctificatio vestra. Sanctificatio autem illa consistit in eo quintupliciter. Primo ut abstineamus a commissis malis et de eis peniteamus. ij. Petri. iij. Non tardat dominus promissionem suam sicut quidam existimant. sed patienter agit propter vos. nolens aliquos perire. sed omnes ad penitentiam reuerti. Secundo in eo ut presentes tribulationes sustineamus. i. Petri. iij. Qui patiuntur finem voluntates dei. creatori fideli commendent animas suas in beneficis. Tertio in omnibus deo gratias agamus. i. Thessal. vltio. In omnibus gratias agentes. Nec est voluntas dei. ut bonum exemplum alijs ostendamus. i. Petri. ij. Sic est voluntas dei ut beneficientes obmutescere faciat impudentiam hominum ignorantiam. Quarto. ut proximis misereamur. Dec. xj. et Pauli.

ordinem creaturarum. Sed multo mirabilius est cum deus unum peccatorem conuerterit uiuificat et iustificat. Dicit Augustinus dicit. Maius est peccatorem conuertere q̄ creare celum et terrā. Sed dicit res. hoc videtur falsum et impossibile. Ad quod respondeo q̄ hoc verum est. Et hoc propter tres rationes. Primo ideo. quia peccator demeruit suam iustificationē per quā se fecit inhabilem ad eam per culpaz. Quod nō fecit celum et terra que seruant suum ordinem et officium. Deus enim nō odit peccatorem q̄ vit eum tollerat in terris. et nisi eum refrenaret misericordia. faceret in quolibet quod fecit in Darhan et Abiron. quos viuos terra deglutiuit et in Sodoma et Homozra. quos ignis celi erussit et consumpsit. Secundo quia ad peccatoris iustificationem deus indiget adiutorio. quo ad quid scilicet hominis voluntate. quia qui creauit te sine te non saluabit te sine te. Et hoc patet q̄ maius est miraculuz conuersio peccatoris q̄ creatio celi. Patz q̄ nō est dictū in creatioe celoz. Beati celi. quia creati sunt. Sed dicit in conuersione peccatoris. Beati quozuz remisit se sunt iniquitates. Tertio. quia omnes angeli gaudent in peccatoris conuersione. Luce. iij. Gaudium est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. Et tñ gaudent ac si mundum in mille solibz facerent clariozem. Hinc dicitur Math. iij. q̄ cum accessissent quidā ad hiesum habētes secum mutos. cecos. claudos. et debiles. curauit omnes ita vt mirarentur. Facit hoc et hodie in animabus quod fecit in corporibus tunc et tamen nemo miratur. Aurat enim peccatorem cecum in cognitione. mutum in oratione. claudum in affectione. debile in dei operatōe. Et istud est maius mirabile primo Tertium opus dei de quo mirabantur angeli in futuro licet et hodie mirentur est beatorum glorificatio. Cum enim videbunt angeli homines remunerari in corpore et anima. valde mirabuntur. eo q̄ deus hoc secretum a seculo solum sibi reseruat. Iuxta illud Isaie. Secretum meum michi. Cum ergo hoc primum viderint quod nūquaz viderunt valde mirabunt. Et hoc ex pluribus causis. Primo. quia ad glorificatio-

Angeli mirantur propter maius de
claudos et debiles

nem electorum generalem omnes angeli vocabuntur. Qui tamen ad nullum opus dei huc vsqz conuocati sunt. Sic em scribitur Math. xxi. Cum venerit filius hominis et omnes angeli cum eo. Dicit em Alexander de balis q̄ cum deus descendit in terram. non omnes angeli descenderunt cum eo. nec cum econuerso ascenderit omnes cum eo ascenderunt. quod tamen fiet in resurrectione generali. De qua dicitur. Aduocauit celum desursum et terram discernere populum suum. Secundo. quia ad hominis glorificationem totus mundus ornabitur. Ad hunc diem festum nunquā fuit opus tam magnum et laudabile pro quo se totus mundus vestiret. patet quia nec in natiuitate. nec in resurrectione. nec in ascensione christi. h̄ tñ primo cum homo glorificabitur. Iuxta illud Isaie. Acce ego creo celum nouum et terram nouam. Tertio. quia vita electozum coram omnibus laudabitur Math. xxi. Esuriui et dedistis michi manducare. et sic de alijs. Et certe hoc mirabile est. non minus ceteris. Valde enim est mirabile vt creator creaturam laudet et comendet. cum dominus secularis vit seruum suum aliquando commendet. Ipse tamen dicit non solū vniuersaliter omnibus sed etiaz singulariter. Euge serue bone et fidelis. quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te constituā. intra in gaudium domini tui.

Dixi tertio q̄ in verbis premisis subditur predice admirationis ratio. cum dicitur. Super his que dicebantur de illo. Que autē dicebantur de christo. Refert Lucas q̄ tria erant. scilicet ab angelis. a pastoribus et a Symeone. Angeli cantabant gloriā in excelsis do. Pastores annunciat que viderant de puero. Symeon benedixit parentibus pueri. et prophetauit de puero omnes tamen glorificabant puerum. Angeli attribuebant gloriā deo pro incarnatione christi. Pastores reuerfi sunt glorificantes et laudantes dominū in omnibus que audierunt et viderunt. Symeon etiam benedixit eum dicens. Nunc dimittis seruum tuū. domine s̄m verbis tuis in pace. Luce. ij. habentur omnia

in exemplū. ppositā de christo notāter scribere non obmisit dicens. Puer crescebat. Nec em̄ dubium quin. ppter nos ista dicta sunt. Nam sicut idē Lucas in eodē capitulo in fine ait. Proficiebat etate sapientia et gratia apud deū et apud homines. dicens enim. proficiebat apud deum. addidit. et apud homines. vt daret intelligere quia qui sanctus erat propter homines. hominibus proficere voluit et proficere se ostēdebat. Licet igitur fm̄ diuinitatē crescere nō poterat i sapientia et gratia. tamē in assumpta hūanitate fm̄ carnis subazvere crescebat. fm̄ vero sapientia et gratia anime nō crescebat sed se crescere ostēdebat. fm̄ q̄ i corporis magnitudine procedebat se maiorem sapientia habere ostēdebat. qui tamen ab instanti conceptionis sue omni sapientia fm̄ etiā anima plenus erat. ppter nos igitur sicut factus est puer ita et crescebat et confortabatur plen⁹ sapientia. sicut dicit thema nostrū. In quibus verbis tria tanguntur. Primo christi puritas admirabilis. cum dicitur Puer. Secundo profectus etatis delectabilis. cū dicit. crescebat et confortabatur. Tertio plenitudo virtutum incōparabilis. cū subditur. plen⁹ sapientia et grā dei erat in illo.

¶ Dixi primo q̄ in verbis premissis tangitur puritas christi admirabilis. cum dicitur. Puer. Sicut autē dicit omnes grāmatici puer dicit a pura etate. eo q̄ illa etas pura sit et innocēs ab om̄ib⁹ delictis. Et christus voluit eam ostēdere vt significaret q̄ nō nisi tales qui essent vt pueri mundi intrabūt in regnū celozū. Luce. xviii. Sinite paruulos venire ad me. Taliū enim est regnum celozū. Voluit ergo apparere paruulus quadruplici ratione. Primo ad docendū homines innocentie puritatē. Puer em̄ dicit a puritate. Christus autē habuit triplicē puritatē. scilicet originalis conceptionis. actualis ignorantie. et corporalis impotētie. Christus em̄ sanctificat⁹ ab instanti cōceptionis sue. tps̄ fuit plen⁹ sapientia ab eodē instanti. et christus nullā resistentiā habuit in eodem corpore suo. Ideo fuit depuratus ab omni infectione. Fuit etiā purus triplici puritate. cogitationis. locutionis. et operationis. Pabuit enim cogitationes mundissimas. locutiones vti-

lissimas. et operatiōes sanctissimas. Unde dicitur de eo. j. Petri. ij. Qui peccatum nō fecit nec inuentus est dolus in ore ei⁹. Talem puritatem debent habere om̄es serui dei. Primo em̄ debent esse mundi cogitatione. Iuxta illud Jacobi. iij. Purificate corda vestra duplices animo. Secūdo debent habere puritatē vt sint mundi locutione Job. xxxij. Sententiā puraz labia mea loquent. Proverbior. xv. Sermo purus pulcerrim⁹ firmabitur ab illo. Tertio debent habere puritatē operationis. j. Thimo. ij. Volo viros in om̄i loco otare leuantes puras man⁹ ad deū. Jacobi. iij. Emundate manus vestras peccatores. Quos pauca sūt hodie tales pueri q̄ pro chodoloz potius habent cogitationes iniquas Iuxta illud. Cogitauerūt iniquitates in corde. locutiones immūdas. Ps̄. Vana locuti sunt vnusquisq̄. Et vtiā em̄ vana et non scurrilia vel mēdosa aut etiam dolosa. Timeat igitur tales illud ps̄. quod cōminat eis dicens. Disperdet domin⁹ vnūuersa labia dolosa. et linguā magniloquā. Habent etiam operationes fetidas et infectas fetore luxurie Iuxta illud. De cadauerib⁹ eozum ascendet fetoz. Iob. i. pmo. Computruerūt iumenta in stercore suo. Vere magnus fetoz quem etiam demones abominant. Cōmuniter videmus q̄ qui comedit alleum non sentit fetozem aliterius comedētis. Diabolus comedit alleum. quia fetidis et immūdis cogitationibus locutionibus et operationibus delectat. In signum hui⁹ in quodam obsessio habitauit in sepulcro fetido. vt dicit Paracletus et tamē horret fetore luxurie. prefertim ille demon qui est nobilioꝝ nature vltra ceteros. Istud patet de quodaz astrologo et nigromantico. De quo refert Robertus bolgoth super libz Sapientie cap. ij. Quocum quadam vice demone solito more inuocasset post longā expectationē et carminum suozū iterationem. tandem apparuit stans a longe creuitibus obturans nares suas. A quo dū quereretur incantatoꝝ. quare ita tardasset. et quare ita remotis se tenuit. Respondit demon. Fetoz inquit luxurie tue non permittit me ad te accedere. Si sic abominantur demones istum fetozē. q̄nto magis angeli boni. Secūdo christus voluit esse puer ad docendū ob-

Unica infra octa. natiuitatis

dientiam et subiectione. Puer enim subiectus est parentibus, imo omnibus, sic christus fuit, ut dicitur *Luce. ii.* Erat inquit subditus illi. Sic quilibet fidelis debet esse subditus et obediens superioribus suis. Iuxta quod suadet apostolus dicens Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. Et iterum *Obedite prepositis vestris* Subiecti estote omni creature humane. *scilicet Pet. ii. et Ephe. v.* Subiecti inuicem in timore christi. Tunc autem vera est subiectio et obediencia cum subditus nihil agit iuxta voluntatem propriam sed superioris. Unde dicit Bernardus super cantica sermone. lxxj. Grande malum propria voluntas, que facit ut bona tua bona non sint. *Pinc. est q. i. Reg. xv.* dicitur. *De* lior est obediencia quam vicinia. Quod tra-
ans Gregori. xxxv. libro Moral. dicit. *Obediencia* merito vicinis preponitur, quia per vicinas aliena caro, per obediencia vero voluntas propria mactatur. Attendant hoc filij erga parentes, attendant serui erga dominos, subditi erga prelatos, et generaliter omnes fideles, erga suos confesores, ut nihil agant contra eorum voluntatem. Nam quicquid contra preceptum illorum aut consilium aut suatum fuerit, mortiferum est et rane glorie deputatum. ita dicit Bernardus super cantica sermone. xix. ad finem. *Quod* multi hodie sunt qui omnia iuxta caput suum faciunt tam carnalibus quam spiritualibus parentibus non obediunt, et sensum suum preferre ipsorum voluntati conantes, quod utique non est alio quam ex superbia procedit. Nam sicut dicit *Dugl.* d. duodecim. abusionibus. Inobediencie morbus ex superbie tumore procedit. Sicut sanies ex vlcere, sic ex superbia cotemp-
tus manat. Sed attendant isti christus domini qui deus existens obediuit parentibus, non despicit magister discipulos, deus homines, verbum et sapientia dei patris fabricum et feminam, dicit Bernardus super cantica sermone. xix. Tertio christus voluit apparere puer ad docendum humilitatem. Parvulus enim humilis est et superbi renescit. Sic christus *Phil. ii.* humiliavit semetipsum formam serui accipiens. Per quod spiritus informare voluit filios fideles qui nisi humiliarentur sicut parvulus non intrarent in regnum celorum, ut dicit *Matth. xviii.* Non est enim via ad celestem exaltationem nisi per

humilitatem. *Th. i. Petri. v. di.* Humilia mini sub potenti manu dei ut vos exaltet. *Et Eccl. iii.* Quanto maior es humilia te in omnibus, et coram deo inuenies gratiam. *Pinc.* dicit Bernardus super cantica ser. xxxv. q. oportet humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur cadat a se nisi in se per veram humilitatem solidatus fuerit. Et subdit. Non nisi humilitatis merito, maxima obtinentur. Tunc autem est vera humilitas, cum non solum ea per que nos deus per seipsum humiliat, libenter accipimus, sed etiam cum ab alijs illata libenter tolleramus. *Job* per deum fuit humiliatus. *Dauid* per hominem maledicentem sibi. Et dico notanter quando libenter illata tolleramus. Nam sicut Bernardus ubi supra, multi humiliantur qui humiles non sunt. Alij enim cum rancore humiliantur alij patienter, alij et libenter. Primi rei sunt. Secundi innocenti. Tertij iusti. Is ergo vere humilis est qui dicere potest. Bonum michi quia humiliasti me. Hoc non potest dicere qui iniuriam est. Multo minus hoc dicere potest qui murmurat, neutri horum promittimus gratiam quam humiliatur. Est tamen inter istos duos differentia et contentio. Nam differunt in hoc quia qui iniuriam patitur, in patientia sua possidet animam suam. Qui vero murmurat simpliciter perit in anima sua. Conueniunt autem in hoc quia neuter eorum gratiam consequitur nec meretur. Et si vnus eorum scilicet qui murmurat iram mereatur, quoniam non humiliatus sed humiliatus dat gratiam suam. Ille vero vere humilis est qui humiliationem vertit in humilitatem. Et ipse est qui dicit deo. Bonum michi quia humiliasti me. *Ex* predictis patet quod ad verum humilem requiruntur duo, ut scilicet sponte et libenter humilietur. Debet ergo tacita esse et leuata humilitas. Talis fuit Paulus qui dixit. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis ut in me habitet virtus christi. *De* Bernardus finaliter ubi supra. Quarto christus voluit apparere puer propter paruum reputationem. Puer enim pro minimo reputatur. Sic christus *Isaie. liij.* Despectus est vultus eius, unde nec reputauimus eum. *Ab* die in principio. Ecce paruulum dedi te in gremio. *Contemp*trabilis tu es valde quod docuit nos ut simpliciter et non gloriose



viuamus. Talis fuit Dauid qui de se dice-
bat. Adolescentulus sum ego et cōtemp-
Et apostolus. Si adhuc hominib; place-
rem christi seruus non essem. Vere sic est
q; qui hominib; studet placere. magne sūt
reputatiōis. Qui vero diligūt veritatez et
soli veritati intēdūt placere. nullius sunt
in mundo reputatiōis. ymo sunt magne
derisionis. Iuxta illud Deridet iusti sum-
plicitas Job. **S** Unde hodie adula-
tores pualent viris iustis et sanctis et do-
ctis quia omnia ad placitū dominorū dicūt
Et ppter hoc quia ad placitū omnia dicunt
reputant eis amici. Sed in rei veritate sūt
deceptores et capitales inimici. Nā vt dicit
Robertus bolgor sup libz Sapie cap. x.
Similes sunt illi q; suauiter radit s; gut-
tur amputat vel genam tergit sed oculum
eruit. Unde Eccl. xij. dicit. In labijs suis
indulcat inimic⁹ et in corde suo insidiatur
vt subuertat te in foveā. In oculis suis la-
crimabitur inimic⁹ et quasi adiuuās suffo-
dier te. Unde Seneca epla. xij. dicit. Ve-
nit ad me blandus inimic⁹ p amico. vicia
sub virtutū noie furripiunt. Terre hoc est
hodie videre ad oculū. q; nullus vicia ma-
iora inducit in regib; pncipib; et ceteris ni-
si adulatores asserentes ea esse virtutes.
Nam prodigalitatē liberalitatē dicunt.
humilitatē fatuitatē asserūt. deuotionem
et cultū dei monacharū psuadent. superbi-
am honestatē astruūt. voluptatē delicias
in solatiū vertūt. Et ita hominē seducunt
et in malis morib; firmāt. vt quandoq; vs-
q; ad mortē in malis et prauis morib; con-
senescat. et moritur in eisdem. Unde si qs
vult aduertere quare diuites etiā in senū
vit emendant. facile videbit hoc ex adula-
torū blandicijs puenire. Nam cum se cre-
dūt bonos ex asseritiōe adulatorū quomo-
do possunt cōuerti vel in melius mutari.
Unde Seneca dicit epla. xcv. Non sum⁹
contenti modica adulatione. ymo si quis
nos sanctissimos modestissimos predicet
totū acceptam⁹ tanq; nobis debitū. Et cū
credimus eis q; nos laudant non corrigi-
mus nos. nec mutari volumus. quia nos
optimos credimus esse. Dec ille. Et ideo
sententiā Platonis fuit prout dicit in libro
de dicitis phoz. **Q** homines et inimicis
magis q; ex amicis pficiunt. Quia dū ini-
mici eis errores impropert corriguntur.

Amici vero nō impropert eis errores s;
tollerant et occultant. Dicit dicit Barth. a.
Inimici hoīs domestici eius. **I**taq; po-
pule meus q; te bñm dicit ipi te decipiunt
et seducūt. Tales ergo nō sunt amici. sed
inimici. Nam sicut Pollicrat⁹ dicit libro
ij. c. iij. Adulator omis virtutis ē inimic⁹
eoq; magis cauendus q; sub amantis spe-
cie nocere nō desinit. donec rōnis obrun-
dat acumē. et luminis modicū qd adesse
videbat extinguat. Terre vt idem ait. gra-
uissime tales peccant. cū eis nocent et sub
eis infideliter agunt quib; fidem debent et
tenent. circūuenientes blandicijs et in for-
des viciorū pccipitantes. Quid odibilis
fraude et dolo. quo sub ymagine amoris et
fidei in simplicē et credulū et quod detesta-
bilis est amicū pfidie et inimiciāz neq;
cia exercetur. **Q** quō multiplicati sunt ho-
die tales sup numerū. dicit Pollicrat⁹ vbi
supra ca. vi. Et vere ita multiplicati vt nō
sit locus iustis et bonis viris in curijs pñ-
cipum ante ipos. Ex quib; omib; iam p-
qntum noceant adultores ipis magnis
dominis. Si igitur volūt ab eis bene ca-
uere duo eis sunt necessaria. Primo vt in
principio talib; resistant. Unde dicit Po-
licrat⁹ libro. iij. c. vij. Primos adulatorū cō-
gressus impugna. Quod tūc fit quādo vt
dicit Seneca epla. xcv. nos metipos ta-
les reputam⁹ quales nos esse scimus. non
quales nos adultores cōmendant. Re-
fert Seneca ibidez de Alexandro **Q** cū
ab alijs diceret filius Iouis illius dei. cō-
tigit q; in obsidione cuiusdā ciuitatis dū
circuret muros sagitta percussus est. Et
q; vulnus vehementer doleret ait. **O**mes
me filiū Iouis esse dicunt. sed vuln⁹ hoc
me hominē esse probat. Sic debet facere
talis princeps vel domin⁹. **V**os me dicitis
prudētē. sed ego non inuenio hoc in
me. **V**os me dicitis temperatū. s; ego fen-
tio in me defectū matim⁹. s; excedendo
modū et tēp⁹. et sic d' alijs. Sic dicebat Chir-
gilius de se sicut narrat Pollicrat⁹. De
quoq; dicunt vatem. sed nō ego credulus
illis. Unde Katho dicit. Plus alijs dete-
q; tu tibi credere noli. Secūdo necessariū
est eis vt semp habeant aliquos viros iu-
stos et literatos secū. qui eos cōtra tales
pmoniant et pccustodiant. et eos euadere
doceant. **E**zechias cū esset vir iustissimus

Unica infra octa. natiuitatis christi

et sanctus. Legit in Isaiam prophetam in consilio habuisse. David et si sanctissimus et ipse prophetam prophetam. cum habuit Nathan prophetam in consilio suo. qui eum de non edificando templo premonuit et pro peccatis adulterij et homicidij corripuit. Salomon licet sapientissimus. tamen Nathan prophetam et Sadoch sacerdotem in consilio suo habuit. Carolus pius imperator habuit doctissimum Alcuinum. Traianus iustissimus imperator sapientissimum Plutarchum philosophum. Nero licet nequam tamen habuit ipse Senecam. Alexander Aristoteles prudentissimum. Ptholomeus septuaginta interpretes librorum. Nec mirum quod bene stabant eorum principum ex quo sapientissimis regebant. cum sine sapientia nullus potest stare principum. inquit Politicus libro. iij. cap. vi. Unde Socrates Apollinis oraculo sapientissimum iudicatur. Tunc demum fore republicas beatas asseruit si eas philosophi regerent aut eorum rectores studere sapientie cogerent. Tales ergo viros honorent principes et non contemnunt si bene volunt imperare. Si tamen viri boni per veritate contemnant non debet per magno reputari. quia non ipsis sed contemptoribus. Nam ut ait Cicero. Quis aures clausit sicut veritatem verum audire non possit eius salus desperanda est.

Dixi secundo quod in his premissis describitur profectus etatis christi delectabilis eum dicit. Crescebat et confortabatur. In hoc christus se vera carne assumpsisse demonstravit non fantastica. Sicut enim puer esse voluit. sicut virum non nisi successiue adulescere voluit. Unde dicit. Crescebat secundum humanam naturam. Nam secundum diuinam. Magnus dominus et magnitudinis eius non est finis. In hoc tamen saluator nos docere voluit ut in nostris actionibus quas bene agendo incipimus non sistamus. sed semper in eis ad meliora tendentes proficiamus. et sic spiritualiter crescimus usque in virum profectum. Duo tamen hic dicuntur de christo. Primo quia crescebat. Secundo quia proficiebat ad significandum cuilibet bene agenti duo esse necessaria. Primo augmentum virtutum interiorum. Secundo progressus in illis virtutibus et exercitatio exteriorum. Unde David hab. ix. dicit. Lepit Ionathas crescere et proficere. De primo patet. Debet enim cre-

scere in septem precipuis virtutibus. Et primo in certitudine fidei et cognitionis. Unde ij. Cor. x. Spem habemus crescentis fidei vestre. De modicitate fidei reprehensus est Petrus. in odice fidei quare dubitasti. Mathei. xij. Sed bene creuerat mulier chanaanica que audiuit. Mulier magna est fides tua. Et Centurio cui dictum est. Non inueni tantam fidem in israel. Secundo debet crescere in seruiore deuotionis. quod seruiore magis lucet in orationis continuatione et lacrimarum effusione. Dester. ij. Fons paruus creuit in flumem marium. Hoc est. Parua deuotio in principio et pauca lacrima in puericia debet postea crescere in flumem in senio. Sicut fecit David qui dicit de se. Lauabo per singulas noctes lectum meum lacrimis. Sed certe multi seruiore in principio quod deficiunt in fine et in senio. Tertio debet crescere in exercitatione operum virtutis. Proverbiorum. iij. Semita iusti quasi lux splendida pcedit et crescit usque ad profectum diem. id est. die mortis. que est profecta dies. Quotidie enim non est profectus dies. quia interdum habemus lucem gratie. interdum tenebras culpe. quia nunc boni nunc mali sumus. Quarto debet crescere in profectioe charitatis quo ad deum. Aphe. iij. Veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo. Verum. Qui habet magnam charitatem magnus est. quod parua paruus est. et quod nullum nichil est. i. Cor. xij. Si linguis hominum loquar. etc. Et sequitur. nihil mihi prodest. Quinto debet crescere in amore voluntarie paupertatis. Gen. xij. Crescere me fecit deus in terra paupertatis mee. Quod tunc fit quando homo quanto ulterius tanto plus diligit paupertatem propter deum. Sexto debet crescere in puritate castitatis. erga seipsum. Mathei. xj. Considerate lilia agri quomodo crescunt. Lidorum lidorum significat castitatem fidelium. Septimo debet crescere in virtute pietatis quo ad proximum. Job. xxxj. Ab infantia mea creuit mecum miseratio. Tria autem faciunt hominem crescere. scilicet gratia benedicens Job. j. Operibus manuum eius benedixisti. et ideo possessio eius scilicet virtutum creuit in terra. Secundo doctrina erudies qui lac puerum crescere facit. j. Pe. ij. Quasi motu geniti infantis lac concipiscite. ut in eo crescat. Tertio tribulatio patiens facit crescere sicut aqua arborum. Exo. j. Quato ma-

gis opprimebant filij israel. tunc magis cresce-
bat. **D**e scdo qno dicitur proficere homo
dicitur **Luce. ij.** Quis proficiebat apud deum. scilicet
per bonam et rectam intentionem. Et apud homines
per exempli exterioris ostensionem. Tunc sicut
nobis necessaria est vita nostra. ita proximis
nostris fama nostra. **xij. q. i. nolo.** Et ideo apostolus
ait. **Providetes bona non tamen coram deo. sed**
etiam coram omnibus hominibus. Sed certe pauci sunt
hodie qui ita proficiant. cum multi potius deficiant.
Idcirco rideamus que impediunt homines. Septem
sunt que impediunt homines a spirituali profectu.
Primum igitur est presumptio sufficientie. sicut
in illo qui dicit sibi. satis est iam nihil tibi de-
est. **De quo in psalmo. Ego dixi in abundantia**
mea non movebor in eternum. Sed tales de-
pmituntur cito cadere. **Unde sequitur. Auertisti**
faciem tuam a me et factus sum perturbatus. Secun-
dum est virum lassitudinem. quando enim diu labo-
ravit homo in bello spirituali. post tamquam visus
fatigatur et lassatur. **Talis fuit Helias** qui pe-
nitenti per medio anime sue. ut moreretur. **Sed**
certe apostolus docet huic obviare. Hebre. xij.
Recogitate enim qui talem sustinuit a peccato-
ribus adversus semetipsum contradictos. ut non
fatigemini ante visus deficientes. Tertium
est occursum adversitatum. **Iuxta illud. Uti**
na mortui essemus. **Psalm. lxxij.** Talibus enim
maiora occurrunt temptamenta. Sed audiatur ta-
les qui fidelis deus est qui non patitur vos temptari
super id quod potestis. **1. Cor. i.** Quartum geli-
cidium tepiditatis qui perstrigitur et non permittit flo-
re vel fructu egredi. **De quo puer. xxvj.** Dicit
piger. leo est in via. **Job. xv.** ledet quasi vinea
in primo flore. **Unde tunc fit quasi in talibus non dum**
desideria bona roborant. Quintum est occu-
pationem spiritualium. **De h. i. Reg. xvij.** figura quo
David in armis Saul non potuit pcedere.
Job. Path. xij. di. Si vis proficere evadere
et videre omnia. Unde cum audisset abijt tristis.
Secundum est erubescencia seculi. De h. Job. yj.
Venerunt visus ad me et pudore coopti sunt.
Septimum est vilescencia spiritualium. De h. Ru-
meri. xxj. Anima nostra nauseat. **Sunt autem**
ecce verso septem qui innant homines ad profectum.
Primum est estimatio proprie imperfectionis
Job. xj. **Uti te presumptum putaveris orieris**
et inciseris. Secundum est pudor defectionis
Jerem. Non proficere. defecere est. Dicit. yj.
Facti sunt retrovisi. Tertium est timor amif-
siouis. Path. xxv. talibus di. Et qui non habet et quod
videt habere auferet ab eo. Quartum scue-

ritas exactiois. **Repetit enim dominus talentum**
cum usura. Luc. xij. **Quare non dedisti pecu-**
nia mea ad mesam. Quintum hostium multi-
tudo et fortitudo. Unde dicitur homo laborare ut
sit fortis et armatus pro eos. Ephe. yj. **Non**
est nobis colluctatio adversus carnem et san-
guinem. sed adversus rectores tenebrarum harum.
Sextum proprium magitudo quod magis dabitur ma-
gis laboranti. **1. Cor. iij.** **Unusquisque mercedem**
sua recipiet secundum suum laborem. Septimum brevit-
tas temporis concessi ad proficiendum. **Eccl. ij.**
Quicquid facere potest manus tua instanter
operare.

Dixi tertio quod in in verbis pre-
missis tangit ple-
nitudine virtutum christi incomparabilis. cum dicitur
Plenus sapientia et gratia dei erat in illo. Duo
dicitur de christo. Primo quod erat plenus sapientia
Secundo quod gratia dei erat in illo. **Plenus** sapientia
fuit. quod ipse sapientia est dei patris per quem facta
sunt omnia. **Prover. vij.** **Ubi** co eras circa con-
pones. **Et permittit. Ubi** preparabat celos
aderat. **Et de multis alijs. Ubi** apostolus dicit.
quod ipse est in quo sunt omnes thesauri sapientie et scie-
dei absconditi. **Et sic merito Jacobus di-**
cit. Si quis indiget sapientia postulet eam
a deo. Jaco. i. **Bene dicit a deo. non a mun-**
do. non a carne. non a dyabolo. **Non est hec**
sapientia de sursum sed est naturalis terrena
et dyabolica. Animalis est in luxuriosis qui
torum intellectum ad voluptate pervertit.
Qui melius sciunt bonifare corisare et blis-
diti quam orare aut coram deo flectere. Terre-
na sapientia est in avaris qui facilius sciunt
discurrere decem miliaria ad foras quam decem
passus facere ad ecclesie choros. Dyabolica
sapientia est in superbis qui melius sciunt copone-
re capitis flores quam animi mores. melius
sciunt ornare corpus quam animam. Isti ergo tales
non sunt pleni sapientia christi. sed ab ea vacui.
et sunt pleni sapientia dyaboli. Sunt autem diversis
si diversis modis pleni diversis vicijs. Nam
quidam sunt pleni dolo per occultam cordis
machinationem. Eccl. i. **Cor tuum plenus est**
dolo. Alii pleni maledictione per sermonis
severitatem. ps. Quorum os maledictionem ple-
num est. Alii pleni iniquitate per operationem.
ps. Repleti sunt iniquitate et impietate sua.
Alii pleni ypocrisis per sanctitatis simulationem.
Path. xxij. Verbis ypocrite qui in se est.
pleni iniquitate et omni spurcicia. Alii pleni
cupiditate per avaritiam. Rom. i. **Repletos**

Unica infra octa. Epiphanie

omni iniquitate et malicia et auaricia. Alij pleni adulterio p carnale voluptate. ij. Pet. j. Alij sunt oculos plenos habentes adulterij et incessabilis delicti. Alij pleni vino et ceruisia p ebrietate. Sapie. ij. Vino pocio/so nos impleam. Alij pleni ira p indignatione. Luce. iij. Repleti sunt ira in synagoga hec audientes. Alij pleni supbia. Sicut legit de Antiocho. i. Dacha. it. q. repletus supbia spirabat in iudeos. Et igitur isti pleni sunt sapia xpi euacuet ista plenitudinem. Nam vt dicit Aug. Si vis recipe qd non habes. effunde qd habes. Non enim mitur vinu nouu in vres veteres. Vinc apostolus horra dices. Expurgate vetus fermentu vt sitis noua cospertio. Fuit etiaz xps plenus gra. Juxta illud Joh. j. Vidim? cu plenus gra. Et quo non plenus q non ad mensuram recepit graz sed ad abundantiam et redundantiam. Nam est via veritas et vita. Ipe est omnia factus. attulit veritatem vt doctor. mansuetudine vt liberator. iusticiam vt cognitor. inquit Aug. sup Joh. Et ideo ipse est fons omnium carismatum vtutiu dono ru et graz. Sicut mare omnium fontium et fluminum origo. inquit Bern. sup cantica ser. xvi. Rogem? igit vt nobis aliqua stilla sapientie et gre sue impartiri dignet quaten? per gratiam eius possim? puenire ad gloriam. Ad quam nos pducatur pater et filius.

Unica infra octauas Ephe. I.

Sermo. XVI

Quomodo factus esset

Christus annorum duodecim. Luc. ij. ca. Postquam mater sancta ecclesia descripsit nobis infantiam nri saluatoris in dnica precedenti. Nunc in ista dnica intendit nobis describere puericiam eiusdem ostendendo que quanta et quanta xpus egit in etate duodecim annorum quo vix audiebat doctores iudeorum attentissime et rindebat illis prudentissime. Cuius figura habet. j. Regum. iij. Ubi Samuel indicauit visionem Deli sacerdoti seniori et euenit sermo ei? in israel que reuelauerat ei dnus. Samuel interrogat postulat? a deo et significat xpm qui postulat? fuit a sanctis patribus. Juxta illud. Emitte agnum dne donatorem terre. Pie ergo Samuel. i. xps indicauit et manifestauit visionem. i. sapientiam quam vidit i abscondito plio dei patris. Juxta illud Joh. Que-

cus audiui a patre meo nota feci vobis. Hoc autem xps picipue fecit in etate puerili ipis sacerdotibus iudeorum quorum figuram tenuit Deli sacerdos. et euenit sermo prout dixerat eis xps. qz omnia impleta sunt i iudeis quecumque erant dicta a xpo. Juxta illud. Non pteribit generatio hec donec omnia fiant. Luce. xi. Simile etiam habet in figura Daniel. ij. vbi Daniel adhuc puer loquitur sapientiam inter sapientes babilonis. inter pterans omnia somnia regis. Daniel puer significat xpm. sapientes babilonis significant sacerdotes et doctores iudeorum. Babilon enim psumio interpretat. et apud iudeos tunc omnia erant confusa in ordine suo. eo quod celestibus preponebant terrena et derelicto deo adheserunt dyabolo. Juxta illud Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Unde et ipis potuit dici illud ps. Confusi sunt. quoniam deus spreuit eos. Quia autem Daniel interpretatus est somnia regis significat quod xpus diuites huius seculi qui in diuitiis quasi somniant longa vita et tamen breuiter viuunt. et quibus dyabolus et mundus pmittit delicias. et soluit miseras cum exurrexerint de somno mortis. Tales xps somniantes veniens docuit dicens illud Luce. xxi. Facite vobis amicos de mamona iniquitatis. Et iterum. Diues difficile intrabit regnum. Et de hac doctrina saluatoris quam cepit facere anno puericie sue duodecimo. hodiernum loquitur euangelium. De quo loquitur charitati inredo sed quod sine gra saluatoris nri ista facere nequeo. cum dicat Bern. sup cantica ser. xij. Sic origo fontium et fluminum mare est. ita vtutuz et sciaz dnus xpus. Quis est enim dnus nisi ipse rex glorie xps. Et iuxta canticum anne Ipe est dnus sciaz dnus. Ut igitur de h fonte gre diuine aliquid hauriam? ad matrem gre pmu recurrat? salutates eam voce amena dicentes ei. Ave gra plena. In euangelio pnti tria describitur. Primo namque describitur xpi a parentibus suis amissio. cum dicitur. Cum esset ihesus duodecim annorum. Secundo describitur eius inuentio. cum subdit. Factus est autem. Tertio describitur eius humilis et mitis subiectio. cum additur. Et descendit cum illis.

Dixi primo quod in prima parte euangelij describitur xpi a parentibus suis amissio. cum dicitur. Cum esset ihesus annorum duodecim. Pro quo sciendum quod licet multe fuissent solennitates et